

super omnem iustitiam, & virtutem humilitas ad supremum, & altum culmen elevat, & dicit. Ait Arator lib. 1. in Acta.

Constituere duos: Joseph, cognomine Iustum Matthiamque, Dei parvum, quod nomen, ut aiunt, Hebræo sermone sonat, humilemque vocando Comprobat, & quantum distat humana superbia, parvi merito transcenditur ille. Laude hominum, qui Iustus erat, duodena refulgens Signa chori, terrisque iubar iaculatur Olympi.

135.

Ad Primatum, ac regnum Israël obtulit Isai septem præstantes filios Samuëli, quibus in omnibus natura primas dederat, post quos reiectos, ipse Isai fatetur: Adhuc reliquus est parvulus, & pascit oves. Primo Regum. 16. numero 11. Quid tunc parvulus hic, & fratrum minimus eligitur ad regnum, ac coronam. Quo spectans eleganter D. Basilii Seleuc. orat. 14. Quos primos natura produxerat, primos deici cogebat gratia. Non ii, qui primis naturæ radiis fulgent ac sublimantur, sed qui parvuli ac contemptibiles habentur, vocantur à gratia Christi ad principatum, ac culmen; nam factu superbiæ deicitur homo humili abiectione ascendit, & elevatur.

1. Reg. 16.

Basil. Seleuc. Gratia ad principatum evolat humiles, reijcit superbo.

Apoc. 4 n. 5. Et de throno procedebant fulgura, & voces & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei.

VERSIONES.

Syrus. Et à throno exeunt fulgura, & vox tonitruum, & septem lampades ignis ardentes ante thronum.

Vatab. Arias. Et de throno procedunt tonitrua, & voces.

Victorinus. Septem faces ignis ardentis.

Aretas. Septem lampades accensæ.

Arabicus. Aderantque septem faces igneæ.

EXPOSITIO V.

135.



De throno, nempe Dei; non autem seniorum sedentium; & idè ait de throno, non de thronis, Procedebant fulgura, & voces, & tonitrua. His enim symbolis declaratur potentia, majestas ac magnificentia Dei, quod

distributivè tam in cælo, quam in terra, ac inferno. Sic intelligo, in cælo per fulgura lucem, splendorem, ac lumen gloriæ; per voces in terra, voces nempe Prædicatorum, ac Doctorem: in inferno verò per tonitrua horifica, supplicia nempe, ac pœnas, quas in damnatis infert.

Et septem lampades ardentes ante thronum. Quid autem his lampadibus significetur, statim indicat dicens, Qui sunt septem Spiritus Dei. Septem nempe primarii Angeli, quibus, cura, ac gubernatio militantis Ecclesiæ commissa est à Deo; & hi spiritus optimè dicuntur lampades, quia lucent Dei cognitione, qua illuminant homines, eisque amore ardent quo hominum corda incendunt.

QUESTIO XVII.

Quare de throno Dei procedebant fulgura, voces, & tonitrua: & quid hæc significent?

Dicitur in textu quod de throno non de thronis, ut fiat evidens ac manifestum, quod sermo sit tantum de throno Dei: ex hoc ergo procedunt fulgura, voces, & tonitrua ad Dei majestatem declarandam, sic etiam olim in Sina Deus se ostendit, Exod. 19.

1. numero decimo sexto, ubi dicitur: Ecce ceperunt audiri tonitrua, & micare fulgura. Ubi tonitrua antecedunt fulgura; lex enim tunc timoris erat, cum autem nunc sit lex amoris, cujus symbolum est ignis, proinde prius procedunt fulgura deinde voces, tandem tonitrua, & cum hæc sedes sit Dei, seu Christi Domini primum ab eo processerunt fulgura, deinde voces: quia Iesus cepit facere, & docere: tandem in fine exeunt tonitrua, illud nempe terribile. Ite maledicti in ignem æternum. Questio principaliter inquirat, quid hæc significent, & cur dicuntur procedi à throno Dei.

Primò, Alcazar secundum sensum litteralem, ut ipse contendit, per hunc Dei thronum intelligit Christianos, qui ut ipse ait, magna Dei cognitione, vehementique ejus amore in suo corde sedem Deo constituunt, & in arietum conversione acriter, & fortiter laborant; ab his procedunt voces, id est sermones pii conjuncti fulgoribus, & tonitruis, quia conjunctam habent cœlestem vitam, quam significat tonitruum, & simul piæ vitæ, & sancti exempli illustrationem, quam significat fulgur. Hæc tamen non literaliter, ut putat Alcazar, sed mysticè dicta sunt, nec enim finis primarius Spiritus Sancti in hoc throno, in quo indicatur ejus majestas est ostendere Christianorum vitam, sed hoc tantum ad sensum allegoricum, ac mysticum spectat.

Secundò, D. Ambros. Albertus Magn. Cornelius, & alii contendunt in hoc Dei throno significari Prædicatores, ac Doctores Ecclesiæ, vide in quanta æstimatione sint apud Deum, quod in cælo Prædicatorum Dei thronum con-

137.

138.

Exod. 19.

139.

Alcazar.

Prædicatorum conjunctionem cum cœlesti vita.

140.

D. Ambros. Albert. Cornelius.

Qualis esse debeat Prædicator.

In prædicatione prius splendor vita quam sonus vocis.

141. Ticoa. Rupert. Richard. Joachim. Viegas.

Psal. 96. D. August.

Fulgura denotant miracula, & multis ex causis.

Psal. 149.

D. Greg.

stituunt; & sunt voces fulgura, & tonitrua: voces sunt Prædicationis, fulgura sunt energiam, & efficacia verbi Dei, hoc enim cor peccatoris penetrat quasi fulgur, tonitrua verò sunt micæ, gehennæ, judicii, & ira Dei: ex quibus discant Prædicatorum se jam voces, jam tonitrua esse pro auditorum molli vel dura dispositione. Sic Joannes, & Jacobus à Christo vocantur Boanerges, id est filii tonitruum, Marc. 3. Deinde hæc procedunt à throno Dei, in quibus Deus residet, & per eos loquitur, ac jaculatur quasi tonitrua, & fulmina, quibus corda auditorum penetrat, ac faciat, & maxime notandum, quod dicitur. De throno procedebant fulgura, voces & tonitrua. Prius fulgura virtutum ad oculos, & postea voces, & tonitrua Prædicationis ad aures referuntur.

Ita hæc eadem sunt sententia Ticonius, Rupertus, Richardus, Joachimus, Viegas, nisi, quod hi per fulgura intelligunt miracula, quæ hi viginti quatuor seniores Dei virtute ediderunt. Primò dicitur, De throno procedebant fulgura. Quia Sancti non ex propria virtute, sed ex divina faciunt miracula. Secundò, quia sicut fulgura è nubibus egrediuntur, ita è Sanctis Prædicatoribus miracula. Sic explicat S. Augustinus illud Psal. 96. n. 4. Sic illaxerunt fulgura ejus orbi terra, vidit, & commota est terra: sic ait. Petrus forma humana nubes erat, splendor miraculi coruscatio erat. Relicte autem adjungit: Vidit & commota est terra. Quia tota terra commota est fulgoribus de illis nubibus erumpentibus. Tertio, quia sicut fulgur longè, lateque coruscet, ita splendor miraculorum multos ad Christum trahit, & trahit. Quarto, quia sicut fulgur elicit pluviam, & pluvia ipsum sequitur, sic penitentia, & lachrymæ miracula, juxta illud Psal. 149 n. 7. Fulgura in pluviam se ipsa, Quintò, sicut fulgur, aut potius fulmen hominem percutit, ut specie corporis exterius manente, interior ejus ossa comminuat, imò incineret: sic miracula homine exterius eodem manente mentem comminuant, & commutant, ut planè alius sit homo, quam antea fuerat. Sextò, ecclè dicitur in textu, Fulgura, & voces. Connectuntur fulgura cum vocibus, quia Prædicator vocibus tanquam jaculis rebelles ferit, & miraculis tanquam armis ab eis se defendit. D. Greg. Magn. lib. 30. cap. 3. Sancti, ait, verbis Prædicationis quasi jaculis adversarios ferunt, miraculis verò quasi armis se timentur. Hæc omnia in throno Dei indicante ejus magnificentiam magis videntur spectare ad sensum mysticum, ac allegoricum, quam ad litteralem.

Tertio, Ferrarius sic exponit; quòd significat hic Deus talem suam potentiam & legislativam vim, quæ emittit in corda hominum fulgura, id est lumen rationis, voces, id est dictamen; tonitrua, id est synderesim, quæ etiam sine extrinseca vi sunt, nec expectant industriam, aut artem hominum, at hæc maxime pertinent ad hominis creationem, non verò ad id, de quo agitur.

Maximè tamen, ad litteram sic explico? quòd hic ostenditur summa excellentia, potentia, majestas viva dei throni; non enim est Dei thronus, ut est aliorum potentiarum, ac Regum, quòd est quid mortuum, ac flaccidum, & nihil habet, nisi hominum industria accedat. At Dei thronus vivus est, cum summa potentia in

cælo, in terra, ac in inferno; & ad hoc denotandum dicitur, quòd de throno Dei procedebant fulgura, id est coruscationes; & illuminationes, quæ sunt in cælo per clarum Dei visionem, ac lumen gloriæ. Et in hoc sensu dicitur, De igne fulgur egrediens, Ezech. 1. Ezech. 1. num. 13. Secundò procedebant voces, nempe Doctorem, ac Prædicatorum per quam Deus multa magna, ac mirabilia operatur in terra. Tertio procedebant tonitrua, nempe dura & rigida supplicia, ac valde terribilia, quæ damnatis in inferno inferuntur, Isai 29. num. 6. A Domino exercituum visurabitur in tonitruo. Tonitruum enim magnum supplicium denotat. Regum 17. n. 10. Psalm. 49. n. 3. Psalm. 103. n. 7. Job. 26. n. 14.

Quam horrendum, ac terrificum sit Domini tonitruum erga damnatos, inde conjici potest ex eo quòd ait Regius Vates, Psalm 98. n. 3. Ignis in conspectu ejus exardet, & in circuitu ejus tempestas valida. Et multò magis conjici potest ex alto, & profundo silentio, quòd ipse Dominus indicat per Isaiam cap. 42. num. 14. Tacui, semper, ait Dominus, sicut, patiens fui, sicut parturienti loquar. Quid hoc est suprema, & alte judex: semper tacuisti; cujusnam sunt illa horribiles voces: Ecco ego dabo in os tuum istum ruinam. Jerem. 6. n. 2. & illa etiam, Ecce ego inducam super vos gladium, Ezech. 6. n. 3. Similis est etiam illa timoris vox. Ego ero eis quasi leona; sicut pardus in via Assyriorum occurram eis, quasi ursæ rapis catulis, & distrumpam interiora jecoris eorum, & consumam eos ibi, quasi leo, &c. Osee 13. num. 8. Et multa alia calamitates, ac adversitates, quæ in Scriptura passim conjiciantur in impios. Quomodo ergo ait Dominus, semper patiens fui? Nonne Domine tui imperio totus orbis diluvio inundavit? Genes 7. num. 10. Nonne tui iustitione Sodomorum civitates conflagravit. Genes 19. n. 24. tuoque etiam nutu, tota ferè Agyptus mari rubro consumpta est. Exod. 14. n. 26. Nonne etiam Domine tu innumera alia supplicia emisisti, quibus ab orbe condito in genus humanum sævitum est? quomodo Dominus & verè protestatur: Tacui semper, si vis, patiens fui. Quia licet Dominus daris verbis humanum genus vulnerasset, durioraque verbera ac supplicia in homines impigisset ferissimè; tamen hæc omnia universa tam mirorum, quam pœnarum exempla, si cum æterno supplicio damnatorum conferantur, non verba sed silentia, non tormenta sed blandimenta quodammodo apparebant, & ideo de se ait; sicut, & patiens fui, quandiu in eos non fulminavit æternæ damnationis sententiam, eosque ad illam interminabilem pœnam adegit.

Quis poterit explicare illud horrendum tartareum supplicium ignis sulphuris, frigoris, fœtoris, illudque immane ac crudele chaos gehennæ formidolosumque tenebrarum abyssum. In regione Geræfenorum expellit Jesus demones è duobus hominibus; tunc demones ut scribit Divus Lucas 8. n. 31. Rogabant illum, ne imperaret illis, ut in abyssum irent, hoc est in infernum, ut explicavi tomo 2. in Evang. c. 25. num. 54. Sic in hoc sensu passim abyssus sumitur in Scriptura Rom. 10. n. 7. Apoc. 20. n. 1. Cur ergo tam anxie petit Diabolus, ne in abyssum detrudatur; si hominibus nocere cupit,

144.

Psal. 58.

Isai. 42.

Jerem. 6.

Ezech. 6.

Osee. 13.

Gen. 7.

Gen. 19.

Exod. 14.

Tanta est acerbitas æternæ damnationis, ut illius comparatione omnia alia levia sint.

145.

Luce. 8.

Rom. 10.

Apoc. 20.



Locus damnatus deputatus maxime horribilis.

capit, ibi erit crudelissimus hominum tentator...

QUESTIO XVIII.

Dei thronus à quo procedunt fulgura, voces ac tonitrua mystice de Beata Virgine Maria explicatur?

146. D. Bernard.

Sic ait Divus Bernardus Senensis in præfenti. Hic thronus Benedicta Virgo dici potest...

Omnes Doctores ad Mariam referant suam scientiam.

D. Bernard.

de throno (scilicet Mariæ) procedebant fulgura, & voces & tonitrua; quia Maria filii Jesu Christi parabolas, anigmata, legalia, & mirifica gesta, dicta, opera avideus exhibet, fidelius credidit, sincerius luculentiusque aliis tradidit.

147.

Maria illuminatrix omnium. D. Epiph. D. Damasc. Pocher. D. Bernard. Rupert.

Unde altissima providentiâ ordinatum est, ut hæc sacratissima Virgo Maria diceretur, nam Maria idem sonat, ac valet illuminatrix...

148.

S. Bernard. Maria omnium Magistra.

Ex qua ait Divus Bernardus sermone de Nativitate Virginis Mariæ, Altissimus, ait, eam quasi mundum specialissimum creavit, quam in justitia, & sanctitate coram ipso fundaret...

quæ in firmamento Solem posuit rationis, & Lunam scientiæ, & virtutes tanquam stellas speciei omnimoda. Solem qui lucem divinam cognitionis faceret; Lunam quæ cum stellis noctem actionis splendendam cunctis redderet.

Hinc ait Ecclesiasticus de Beata Virgine loquens capite 24. num. 19. Quasi oliva speciosa in campis, quasi platanus juxta aquam in plateis. Cur in campo magis, quàm in orto, vel sylva, arbor tam speciosa, ac elegans, cur non esset sepibus, ac aliquo vailo communita, ad quid in campo ut fieret præda omnium transcutunt? Adverte olivam scientiarum anigma esse; tum quia ab ea lux prodiret, tum quia Paladii sacrum lignum, Appellat igitur Siracides Mariam olivam, eo titulo declarans eam disciplinarum præsidem esse, inde luculentè eam in medio agrorum collocavit; ea enim est differentia inter nata campis, ac viridatio progenientia quod illa, quæ horum copia producit solùm ad peculiare, ad divites nempe, ac Reipublicæ Optimat'es transeunt; campi autem sunt communis juris, & idè tam locuples, quàm pauper, omnes vescuntur agri muneribus; proindeque egregiè, Virgo vocata est oliva, non qualiscumque, sed qualem campi omnibus indifferenter producant; nam ipsa Virgo quantum est ex se sapientiæ donum perfectiss, & imperfectis simul communicat, neminem à luce sapientiæ arce, & excludit. Unde Adam de Periona apud Tilmannum ad præfata Ecclesiastici verba sic ait. Virgo sars nostra est oliva speciosa in campis: quia gratia ejus, & misericordia omnibus est communis. Cur non properatis ad oleum: Vestrum negotium est quod hic agitur: nulla ratione olivam fructiferam in campis poneret, nisi ut misericordiam Virginis omnibus communem exhiberet.

Cyr. Alex.

149. Ecclef. 24.

Virgo dona sapientia ex se omnibus communis.

Adam de Periona.

QUESTIO XIX.

Quare fulgura, voces, & tonitrua, quæ procedebant à Mariano throno non explicantur?

Dicitur in textu, De throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua. Cur non explicantur à nostra sublimi Aquila Joanne, qualia essent hujusmodi fulgura, & voces, & tonitrua, cum in aliis locis hæc videamus explicata. Nam Exod. 9. num. 23. describuntur Fulgura discurrena super terram. Job 38. num. 35. Numquid in tres fulgura, & ibunt. & reverentia d. ante tibi ad unum? Matthæi 24. num. 27. Sicut fulgur exit ab Oriente, & patet usque ad Occidentem. Similiter, & passim voce explicantur Apocalyps. 4. num. 1. Vox prima, & vocem audivi tanquam tuba loquentis mecum. Apocalyps. 14. num. 2. Audivi vocem de celo tanquam aquarum multarum. Similiter & tonitruum magnitudo explicatur, Job, 38. num. 24. 1ob. 38. Viam

Erod. 9. 1ob. 38.

Matth. 24.

1. 2. 3. 4.

Apoc. 14.

1ob. 38.

QUESTIO XX.

Quare ante thronum Dei erant septem lampades ardentes, & quid sint, ac significent?

Communiter notant recentiores quòd hic fiat allusio ad septem lucernas Candelabri, quæ erant in tabernaculo Moylis, ac in Templo Salomonis, nempe in Sancto, quibus representabantur septem Planetæ, remplum enim cæli typum, ac speciem referebat. In celo veluti in templo, ac throno suo refidet Deus: unde ejus gloria divina veluti abscondita, tanquam per lampades illustratur, & aliquatenus videnda proponitur, sicut Candelabrum in tabernaculo, ante Sancta Sanctorum illud aliquatenus illustrabat, ut Deus residens in ipso per caliginem videri posset: sic etiam hic per has septem lampades Dei gloria manifestatur in longè augustiori loco, quàm in tabernaculo Moylis, vel Salomonis templo, & ipse Deus manifestatur non tantum prout actor nature est, sed etiam prout auctor multorum mysteriorum gratiæ, quæ in libro aperiendo continebantur.

154. Allusio ad Candelabrum tabernaculi, & templi.

Quæ autem sint hæc septem lampades ardentes ante thronum Dei, ipsemet Ioannes nobis aperit dicens: Qui sunt septem Spiritus Dei. Difficultas tamen est, quid intelligatur per septem Spiritus Dei? In Scriptura enim Spiritus Dei appellatur Spiritus Sanctus; & Dei Spiritus appellantur Spiritus Sancti dona, & etiam Dei Spiritus appellantur Angeli.

155. Difficultas questionis.

Primò, Alcazar per septem has lampades, intelligit septem divinæ providentiæ dotes, ac virtutes, nimirum sapientia, fortitudo, beneficentia, justitia, patientia, comminatio, & severitas; quibus Deus instituit, & perficit suos ad exactum, ac perfectum Ecclesiæ regimen: sed hæc sunt dona, & habitus infusi, & proprii non dicantur spiritus. Nulla urget ratio ut ad sensus improprios recurramus.

156. Alcazar.

Secundò, Glossa, Richardus, Haymo, Joachimus, & alii intelligunt Spiritus Sancti dona, quibus justorum mentes illuminantur Dei cognitione, ac inflammantur ejus amore; & rectè dicitur; septem lampades ardentes ante thronum. Per thronum à multis intelligitur Ecclesia, quia talia dona non dantur nisi his, qui sunt in Ecclesia Dei. Haymo: Quia Spiritum Sanctum habere non possunt quicumque extra Ecclesiam sunt. Vel lampades ante thronum, quia illa omnia dona conferunt ad commune bonum, ac utilitatem Ecclesiæ. Joachimus. Illa dona, ait, specialia ad multitudinem Ecclesiæ utilitatem sunt; unde & ante thronum ardere dicuntur. Hæc sententia, quamvis sit probabilis suam habet difficultatem, nam Spiritus Sanctus prout sua dona communicat, potius est in throno, quàm ante thronum, ut jam dixi cap. 1. quest. 16. num. 119.

157. Glossa. Richardus Haymo, Joachim. Spiritus Sancti dona his qui sunt in Ecclesia.

Tertiò, Magister Joannes de la Haye per hunc septenarium numerum intelligit multitudinem Angelorum juxta illud Danielis 7. Multa millium

158. La Haye. Daniel. 7. millium

Ecclef. 43. Viam sonantis tonitruum. Ecclesiast. 43. n. 28. Vox tonitruus ejus verberavit terram.

151.

Maria Virginis virtutes, ac dona nullas intellectus creatus exprimit potest.

152.

Cant. 2. Sublimitas Maria excelsit omnia humanum colloquium.

D. Ambr. 153. Palm. 44.

Apoc. 21. Excellentia Maria comprehendit non possunt à nostro intellectu.

Quare ergo solum fulgura, voces, ac tonitrua, quæ de throno Dei modò procedunt, non explicantur, qualiter lucerent qualiter dicerent, ac resonarent? Thronus iste Agni Beatam Virginem adumbrat, ut dixi, superiori quæstione ex Divo Bernardo & Divo Bernardino. Meritò ergo fulgura, voces, tonitrua, & septem lampades ardentes, quæ de illo procedebant, qualia existerent non exprimitur: quia fulgores, ac splendores virtutum Beatæ Virginis Mariæ, voces laudum ejus, tonitrua magnum, & septem Spiritus Sancti dona, quibus est ditata, nulla est inventa creatura nec in celo, nec in terra, quæ tam alta, ac sublimia valeat aperire, ac declarare.

Ad suum dilectum, & amantissimum filium Jesum ait Maria: Dilectus meus mihi, & ego illi. Cant. 2. num. 16. O sacratissima Virgo aperit nobis, quid tu sis tuo dilecto, quid dicentis tibi? tam suprema, & alta dignitas, ac excellentia silentio non involvatur. Explicata ergo quanta sit hæc tua felicitas, ut ita omnes eam gratulemur tam tibi, quàm filio tuo; tibi pro tantis donis acceptis, illi verò pro tantis tibi collatis; ad quid tantam sublimitatem tuam occultas? Tanta est sublimitas, ac celsitudo Mariæ ut omne humanum colloquium illi sit impar, nullaque sint verba, quæ eam valeant dicere, & explicare Richardus de Sancto Laurentio lib. 5. de laudibus Mariæ: Quid autem, ait, si ille dilectus, quid illa dilectio non dicit: quia id tantum est, quid ad illud explicandum verba deficiunt, & istud inscrutabile est viatori, quia credere precipimus, discutere prohibemur, sicut dicit Ambrosius,

De suprema Regina Virgine Maria decantat Regius Vates Psalmo 44. n. 10. Assuit Regina ad exiris suis in vestitu deaurato circumdata varietate. Quænam varietas est illa, quæ circumdata est Regina; cur non declaratur, ac exprimitur qualinam sit? Quænam varietate sit suprema civitas Jerusalem? Explicatur à Joanne Apocalyps. 21. n. 19. Fundamenta civitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum Jaspis: secundum Sappirus: tertium Chalcedonius: quartum Smaragdus, quintum Sardius: sextum Sardonius, &c. Duodecim lapides pretiosos numerantur. Si varietas supernæ civitatis exprimitur, cur etiam Regiæ cælestis non declaratur. Dari possunt figuræ, & allegoriæ quibus aliquantè significetur fulgentissima Regentia, ac pulchritudo illius magnæ civitatis: At quanta virtute ac donorum copia Regina sit ornata, nullus tropus, nulla figura hoc declarare valet, nulla methodus, nullaque lingua hoc exprimere sufficit, sed in genere, absolute dicitur circumdata varietate, seu ut explicat Rufinus, Cassiodorus, & N. Incognitus omni varietate; unde doctissimus Idiora de laudibus Mariæ, ait: Nec ratio cogitare, nec mens conjecturare, nec lingua exprimere valet, quanta sit altitudo, ac sublimitas Maria.